ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 159v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sic crudelitate rapticti murū hospitē urbis euer
terent. Unde dicit maledictus furor eorū quia
ꝑtinax & reliqua & dispergam eos in israel. Leui
enī hereditatē propriam non accepit sed in omni
bus sceptris paucas urbes ad inhabitandas habuit;
De simeone uero in libro iesu scriptū est qđ &
ipse proprium funiculum non acceperit, sed
de tribu iuda quiddam acciperit. In paralr̄ po
menon aū manifestius scribitur, qđ cū multi
plicatus fuisset & non haberet possessionis
locum exierit in desertum; Iuda tē laudabunt
fratres tui, manus tuae in ceruicibus inimicorū
tuorū adorabunt tē filii patris tui; Catulus
leonis iuda ad prehendam fili mi ascendisti.
siue ut in hebrea scriptum est. De captiuitate
fili mi ascendisti. Requiescens accubuisti ut
leo. & quasi leaena quis suscitauit eum.
Quia iuda confessio siue laus interpretatur.
Recte scribitur iuda confitebuntur tibi fra
tres uel laudabunt tē; Et licet de xp̄o grande
mr̄sterium sit. sed tamē secundū litterā sig
nificat. quod ꝑ dauid stirpem generentur
reges, & qđ adorarent eum omnes tribus.